Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 2161

Quelle:
Copyright:

de vera Animalium hiſtoria, quam de eruenda inde morum doctrina ſolicitus. Ultima tractatio de *Vulture*, quae finit: *vt per hec facientes vitam eternam poſſideamus, quod preſtare dignetur nobis dominus noſter ihesus chriſtus, qui cum deo patre* &c. Subditur: *Opus preſcriptum completum eſt anno domini Milleſimo Ducenteſimo Nonageſimo Nono Labore plurimo compilatum a fratre heinrico ordinis cyſtercien. in Auſtria* — — Reliqua extrita usque ad verſum:

Qui ſcripſit. ſcripſit quod Heinricus ſibi dixit.

II. *fol.* 156. p. 2. absque ullo titulo *Tractatus de Proceſſu Judiciario*, qui incipit: *Antequam de proceſſu iudicii dicatur Notandum quid ſit Judicium et que ſint ſpecies iudicij* &c. Finit: *confirmet uel infirmet ſententiam uel corrigat. hec de proceſſu iudicii et ordine dicta ſufficiant.* Et habetur inter *Plurimos Juris Tractatus*, qui praevio *Modo legendi Abbreviaturas in utroque Jure*, aut *Proceſſu Judiciario M. Johannis de Vrbach* ſive *Auerbach* lucem videre Sec. XV. in f. ſive apud *Petrum Drach Spirae* f. a. ſive iterato *Argentinae* cum 1490. tum *f. a.*

DLXIX.

573 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. nunc 93. 4. nam et initio et medio et fine quaedam deſunt, continet Aſceticum Opus *Henrici Suſonis*, dicti alias *Amandi* aut *Johannis a Suevia* O. P. *Conſtantienſis*, qui annum 1365. extremum habuit, quod germanice et latine ab eo editum Latinis *Horologium Sapientiae aeternae*, aut *Dialogus Sapientiae et Miniſtri ejus* inſcriptum eſt. Cum *Laur. Surius* hoc Opus a ſe e Germanico verſum in latinum *Coloniae* primum 1555. 8. vulgaverit, dubitari poſſet, an illud jam prius hac lingua extiterit, niſi *Surius* ipſe contra Verſionem antiquam conquereretur, quae, ni vehementer fallor, ipſius *Suſonis* eſt; recitatur enim in *Scriptt. Ord. Praed.* T. I. p. 654. e *Cod. Colbert. Prologus Horologii* latinus directus ad Magiſtrum generalem Ordinis *Hugonem de Vaucemain Gallum Autiſſiodor.* cujus utpote germanicae linguae ignari judicio Librum hac lingua ſcriptum certe ſubſternere *Suſo* non potuit. In *Cod.* noſtro ab his verbis incipit: — — *daz ich dich wider precht zu deiner wirdichait. Ich pin es dy weisbait die den pittern tod bat erliten* &c. Et abrumpitur: *Es iſt nicht das ainen menſchen alſo erlaucht ſeinen mut vnd erlewcht ſein leben* — —.

DLXX.

Codex membraneus lat. Sec. 483
XV. Folior. nunc 196. 4. per duas